HIERONYMUS
Klosterneuburg, 2. Hälfte 12. Jh. Seite 62r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=446
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



tuaꝝ. et confunderis cum recepis so
rores tuas te maiores cum mino
ribus tuis. et dabo eas in filias. sed non
ex pacto tuo. et suscitabo tibi pactum
meum tecum et scies quia ego dominus.
ut recorderis et confundaris. et non
sit ultra tibi aperire os pre confusione
tua. cum placatus fuero tibi in omnibus
que fecisti. ait dominus deus. Lxx. Hec di-
cit adonay dominus. Et faciam inte sicut
fecisti. sicut despexisti hec. ut preterires
testamentum meum. et recordabor ego
testamenti mei. quod feci tecum. in diebus
adolescentie tue. et suscitabo tibi
testamentum sempiternum. et recordaberis
uie tue. et despiceris cum recepis
sorores tuas te maiores cum iu-
nioribus tuis. et dabo eas tibi in proba-
tione. et non ex testamento tuo. et su
scitabo ego testamentum meum tecum.
et cognosces. quia ego dominus. ut re
corderis. et confundaris. et non sit tibi
ultra aperire os a facie ignominie
tue. cum propiciatus fuero tibi iuxta
omnia. que fecisti dicit dominus deus. Jo
tibi dixi. Scelus tuum et ignominiam
tuam tu porta. siue portasti. aut por
tatura es. ut recipias quod mereris.
quia despexisti iuramentum meum. et
irritum fecisti pactum meum. Cum autem fue
rit expletum. ego occidam. et ego
uiuificabo. ego percutiam. et ego sana
bo. tunc recordabor pacti mei. quod
olim tecum habui. et suscitabo tibi
pactum. nequaquam legis quod preteriit.
sed pactum euuglii sempiternum. ut
cum recordata fueris uiarum tuarum
et recepis sorores tuas maiores uel
minores samariam et sodomam. earumque
socias. tribuam tibi eas in filias siue
in probatione. oportet enim et hereses esse
ut probati quique manifesti fiant non
ex tuo merito. sed ex mea misericordia. et tunc
scias quia ego sum dominus. et recorderis
beneficiorum meorum. et confundaris. et
dicas iuxta apostolum qui non sum dig
nus uocari apostolus. quia persecutus sum
ecclesiam dei. et non sit tibi ultra aperire os
pre confusione tua. Sanctorum enim est apa-
re os iuxta paulum. Os meum pa-
tet ad uos o corinthii. Et domini salua
toris qui aperiens os suum docebat
eos dicens. Et in psalmo. Aperiam inquit
in parabolis os meum. Peccatori autem
dicit. Peccasti. quiesce. et ut quid as
sumis testamentum meum per os tuum.
et non est pulchra laudatio in ore
peccatoris. Sanctus quoque meretur audire.
Aperi os tuum. et implebo illud. Ex quo
intelligimus. et cum misericordia dei rece
pimus pristinam gloriam. immo ac
cepimus pactum euuglii sempiternum
postquam placatus nobis fuerit dominus
in omnibus que fecimus. memoriam prete
riti nos habere peccati. et semper os
claudere quia non ex operibus nostris sed ex
dei gratia saluati sumus.

Et factum est uerbum domini ad me XVII
dicens. fili hominis. propone enig
ma. narra parabolam ad domum israel
et dices. Hec dicit dominus deus. Aquila gran
dis magnarum alarum. longo membrorum
ductu. plena plumis. et uarietate
uenit ad lybanum. et tulit medullam
cedri summitatem frondium eius auul
sit. et transportauit eam in terram